# FRIDERICI HOFFMANNI
FRID. FIL. MED. D.

*DE*

# CINNABARI ANTIMONII,

## EXERCITATIO MEDICO-CHYMICA,

*quam*

Conſenſu Gratioſiſſimæ Facultatis Medicæ Jenenſis

**EODEM PRÆSIDE,**

*publico Philiatrorum examini exponet,*

JOHANNES GERHARDUS GRÜLINGIUS, STOLBERGENSIS,

in Auditorio Medicorum

*ad diem 7. Maji*

ANNO M. DC. LXXXI.

---

*JENÆ,*

Literis KREBSIANIS.

2

# Candido Lectori Sal.

SCitè ait *Seneca: Natura per naturam explicanda, non verò per rationes evertenda.* Peccant in hoc *Galenici*, qui quaſi omni chymicâ experientiâ ejuratâ ſolis rationibus per ſe admodum frivolis ac lanquidis quaſi per faſcinum naturæ phœnomena metiri ac explicare conantur. *Empirici* dum vitarunt hoc vitium, in contrarium inciderunt, deſpondentes quippe omnem rationis uſum in ruriter ſaltim obſervata experientia acquieverunt ſine ullo habito reſpectu cauſarum ac circumſtantiarum. Feliciſſimum contra noſtrum eſt ſeculum, ſplendidiſſima medicinæ hodiernæ facies, cum ſolâ Philoſophiæ Experimentali ſeu Chymiâ rationali auſpicatò Naturæ arenam intraverimus. Experientia quippe & Ratio amice conjurare debent; altera alterius poſcit opem. *Illa enim Ratio, quæ ſecundum illuſtrem Baconem de Verulamio in novo organo ſcientiarum eſt optima, quæ debitis modis elicitur ex rebus & vocatur naturæ interpretatio, quæ verior efficitur per inſtantias & naturæ experimenta idonea & oppoſita.* Philoſophia autem hæc Experimentalis per axiomata, quæ condita & confirmata ſunt phœnomenis variis chymico igne erutis optime traditur: horum enim qui copiam & rationem habet, næ is de quibusvis obſcuris pronunciare valebit. Per univerſalia enim, quæ particulares experientiæ rationi ſubminiſtrant, quivis naturæ ſcrutator ex notis ſuas illationes in ignotiſſima promovere poteſt. Quivis ex hiſce facilè (niſi fungum habeat pro cerebro) videt, quantam lucem rerum naturalium explicationi, ipſique arti Medicæ ſuffundat ocu-

laris Chimia: Hæc enim ut affabre loquitur *Helmont. in Tr. Pharmacop. & Diſpenſator. moderno.* §. *32. principia habet non logismis parta, ſed quæ per naturam ſunt cognita & per ignem conſpicua, præparatq́ intellectum ad penetranda naturæ occulta, ponitq́ inveſtigationem in naturâ ulteriorem quam aliæ ſcientiæ omnes.* Adeoque ſecundum eundem *Helmontium non ſufficit libros legere, ſed inſuper oportet vaſa atq́ carbones emere, vigilatas ex ordine noctes impendere*, quò particulares experientiæ emergant, quæ poſtmodum divino rationis radio excoctæ axiomata conſtituere poſſint. Hâc viâ qui procedit, naturæ cathedram mox poſſidebit. Methodicâ hâc ratione ego ſuccinctus præſentem conſcripſi *exercitationem Medico-Chymicam de Proceſſu ☿is ♁ii*, quæ ſi non in omnibus cujusvis delicato ſenſui reſpondeat, veniam facile impetrabo ab eo, qui materiæ conſiderat gravitatem. Hanc præprimis ad manus ſumere penitius excutiendam mihi placuit, cum proceſſum hunc ☿is ♁ii in totâ Chimiâ non ſolum difficillimum verum etiam optimum ac fructuoſiſſimum deprehendam. Ingredientia ſunt ſaluberrima illa aſtra & quaſi chimiæ occultioris & totius Medicinæ fulcra ♁ & ☿ quæ hîc mutuo amore conjunguntur & confœderantur jucundiſſimam ac virtuoſiſſimam datura prolem: Tot hîc occurrunt artificioſæ encheireſes, tot perveſtigandæ naturæ rerum, tot explicanda phœnomena, colores, tot exurgunt nobiliſſima Medicamina, quæ Divinas Medentibus porrigunt manus. Omnia itaque experimenta, phœnomena occurrentia ſollicitus ad rationis trutinam perpendam, encheireſes fructuoſas, experientiam manualem inſinuabo, naturas ingredientium examinabo, medicamenta ſelectiora ac compoſitiones rariores recitabo, ſimul vires & modum agendi ſubjungens. Quod propoſitum ut ad honorem ipſius Dei, (qui ſolo honore dignus eſt) vergat, lucem cœleſtem à Patre luminum ſpe indubiâ ſuffultus ſupplex precor.

## CAP. I.

# *De* Nomine, Autore, Differentiis. Cinnabaris.

CUm curioſior nominum ventilatio ac enodatio (à quâ exordia vulgo ducere ſolemne) ad criticam potius quam Medico-Chymicam ſpectet cathedram, hinc circa corticem & ipſius nominis enodationem nolumus eſſe longiores ad ipſarum rerum tractandarum curioſam inveſtigationem potius digreſſum facturi in anteceſſum paucis ſaltim leviter delibatis.

Cinnabaris ♁ii Germanicè idiomate exprimitur Zinnober des Spießglaßes. Dicitur à *J. P. Fabro curat. p. 736.* 🜍 rubrum minerale, Bezoar rubrum, ♁ rubrum ſudoriferum, ab *Hartmanno* Butyri ♁ii parergon & Flores butyri ♁ii. *🜙is ♁ii Synonima.*

Agnoſcunt naturæ Myſtæ vulgo 🜙im duplicem nativam & artificialem. Nativa, quæ operoſiſſimæ naturæ donum, originem ſuam ducit à ☿ialibus vaporibus & ramoſis 🜍is metallici moleculis in coecis glocoſmi uteris archeo ſubterraneo meteoriſatis, ac intimius ſibi adunatis in corpus coccineum ſtabile. Differt hæc pro admixtione heterogenearum 🜃eſtrium ſordium, quæ in ipſo generationis actu ſeſe intimius connubunt, & per lotionem frequentem lege artis inſtitutam ſequeſtrandæ ſunt. De variis ejus ſpeciebus vid. *Johannes Langius in Epiſt. 65. p. 325.* *🜙 eſt nativa vel artificialis.*

Artificialem caſus & error feliciſſimus peperit; cum enim quidam ☿ in ☉ mediante 🜍e coagulare & convertere conati fuerint, inducti communi hypotheſi, illud, ut reliqua metalla conſtare ex ☿io & 🜍e, accidit ut corpus illud ſangvineo reſplendeſcens colore invenerint. Inter inventores *Callias* quidam *Athenienſis* refertur v. de hâc re *Dn. D. Wedelium Anno 3. Ephemerid. p. 172. 173.* Cinnabarim hanc factitiam vulgarem (quam *Paracelſ. part. 6. p. 289.* qui Sal c. addit in præparatione, *Schröderus in Pharmacop. p. 409. Zwelff. Mantiſſ. Spagyr. p. 360.* pro- *artificialis inventio.*

lixius deſcribunt) præter uſum mechanicum nonnulli in civitatem Medicam pro uſu interno adſcribunt; inter quos eminet *Quercetan. in tetrad. graviſſ. affect. c. 33.* qui illam ceu egregium deprædicat ſudoriferum. Et ſubordinari ſane 🜓is hæc vulgaris (modo ſvadente lucro & colore rutilanti 🜓onico non ſit adulterata) quàm commode poteſt antimoniali in omnibus morbis ſpaſmodicis & ubi dolorum faces accenduntur egregia, tantum abeſt, ut ejus uſus internus exulare debeat. Quin imò ☿ius iſte fixus 🝞tatus, quem ſpecioſe titulo venditat *Febure in traitte de la Chemie p. 661.* nil aliud eſt quam 🜓is quædam vulgaris (fit nim. ex ✱co, & ☿io 🜖e invicem mixtis & 🝞tis) quæ ſingulares in ſinu foret virtutes nervinas epicriſi *Ludoviciana vid. Pharmac. p. 317.*

*🜓is uſus internus.*

*🜓is vulg. præparatio ſingularis.*

*Fundament. præparandi 🜓im.*

Ad hujus 🜓is imitationem philochimici cognito præparationis fundamento (quod tale eſt ut beneficio Salis acidi 🜖 & ☿ amicabile fœdus ac conjugium ineant, quæ ſine Sale ceu amicitiæ interprete conſortium reſpuunt) rem tentarunt cum ♁io & ☿io 🝞to nim. parte ⊖inâ prius igne abſtractâ, quæ offam butyroſam ♁lem conſtituit, reſtili proportionato Sale ☿ius prægnans inque amplexus arripiens ramoſas ♁tas particulas in 🜓inum corpus coagulatus fuit. Hanc alii iterum variis ſubſtitutis ingredientibus meliorarunt præparationem, variaſque 🜓is ſpecies produxerunt, quæ latius infra adducantur.

*🜓is ☉ris artificialis.*

Ultro quoque curioſiores progreſſi ſunt & ☉rem 🜓im artificialem parari deſudarunt, inter quos eminet *Greiſius qui in Tr. de Theriacâ cœleſti*, modum proponit, nim. Fiat amalgama ☉is & ☿ii, hoc cum 🜖e 🝞tum & legitimo modo tractatum in 🜓inum concretum coaleſcit, quod ☉is maximè particeps eſt.

*Autoris intentio.*

Nobis hoc loco animus eſt, penſiori indagine proſequi proceſſum 🜓is ♁ii, præparationis fundamenta, omnia phænomena, omnia medicamenta occurrentia ſolicitius trutinando chymicâque lance æſtimando, philoſophiam experimentalem in ſubſidium præprimis orantes. Quo autem felicius ſcopum noſtrum attingamus & veritatis auſpiciis in naturæ arenâ deſcendamus, placet ſpagyricam ingredientium præmittere analyſin puta ♁ii & ☿ 🝞ti. Hinc

## Cap. II.

# Antimonii elementa exhibet.

ANntimonium idolum quaſi Hermeticorum, an tria Chymicorum principia poſſideat & quomodo, præprimis indagandum venit. Hæc uti omnibus corporibus mixtis magis materialiter, quàm formaliter, eorum propenſiones & ſeminales potentiæ inexiſtunt: ſic illud fatum quoque experiri ♁, cum per ſe ſine additione aliorum tria hæc principia elici vix poſſint, abunde conſtat. Et (1.) quod attinet 🜍 illud non niſi beneficio acidorum ∽uum ex ♁ producitur, uti id teſtantur 🜍ra φλογιςὰ miniſterio 🝆 ⊕li it. ∽us ⦶i ex ♁io extracta, à *Boyleo in Chymiſt. Scept. p. 24.* it. cum 🜆 ſecundum *Tachenium in Hippocrat. Chymic. p. 206.* Cum ⦶o vel ⊖e ✳co permiſtum ♁ & ⊕lo candenti injectum lucidiſſimam flammam eructat à connubio particularum acidarum cum pinquibus ♁tis in 🜍eam texturam abeuntium ortam. Ope ⦶i peculiari modo regenerati nuper ex ♁io it. ex coralliis elegantiſſimum concretum 🜍eum produxi. *Omne enim 🜍 inflammabile eſt crama è ∽bus ⊕latis & ſubſtantiâ combuſtibili conflatum, uti eleganter dicit ſummus & extra comparationis aleam poſitus Boyleus in Chymiſt. Scept. p. 24.* Nam cum ignis manifeſtior ſit fermentationis ſpecies, ubi ∽us luminoſus influit in ∽um in materiâ 🝆ſâ ac reſinosâ inſitum, hinc omne 🜍 ex particulis lucidis ceu moventibus, acidis & alcalinis ceu mobilibus compoſitum eſſe per ſe fluit. Omnia enim corpora inflammabilia reſinoſa 🜍eæ indolis ſi vulcano tradantur & acidum fundunt ſtagma & ſal vel volaticum vel fixum elargiuntur, uti 🜍 opium, myrrha, ladanum, ſuccinum, terebinthina, fuligo, ipſum etiam reſinoſum gialapium, imo omnia corpora inflammabilia id teſtatum faciunt. Porro 🜍is elementum eſſe Sal acidum, ipſius adſtruit compoſitio; ex quo enim quid componitur ex illo etiam conſtat. Jam autem *Illuſtris Boyleus in Chymiſt. Scept. p. 75.* 🜍 inflammabile exacte naturam communis redolens ex 🝆 ⊕li cum 🝆 terebinthinæ miſto lege hermetiri artificii paravit. Ex maritatione ∽us ✳ci & ∽us ⦶i utroq;

*🜍ra ♁ii inflammabilia.*

*🜍ur quid?*

*flammæ natura in fermentatione conſiſtit.*

*🜍is matrix eſt Sal acidum & alcali.*

( utroque per ſe flammam averſanti ) exurgit 🜔 🜕ſum, quod candefacto ♂lo immiſſum lucidiſſimum de ſe ſpargit ignem ne gry quidem materiæ relicto : 🝆a, aniſi, terebinthinæ, ♀i Ωti cum ∽u 🜕i vel 🜖 juſtâ proportione combinata fatiſcunt in ſapam 🜍eam rubicundam inflammabilem, id quod etiam bilis canina commiſta cum ∽u 🜕i leni calore accedente præſtat. Color hic rubicundus quoque qui proprius eſt quaſi 🜍i, & à commiſtione ∽us acidi cum particulis combuſtibilibus oritur, noſtrum aſſertum ſtabilire videtur. Bilis, omnia 🝆a Ωta v. gr. aniſi, ♀i, terebinthinæ juſtâ proportione copulam ∽us 🜕i ineuntia indipiſcuntur colorem elegantem rubicundum. ∽us ♀ mellis, terebinth. fuliginis, lignorum accedente moderato caloris impetu facile in tincturam rubineam, abeunt. Ineſt enim ipſis 🝆 ſubtile per ſubſtantiarum eorum diſperſum, ineſt etiam acidum, quæ invicem 🜍is ſchema induunt. Mixtura ſimplex, quæ componitur ex ∽u ♀i & theriacali utroque 🝆ſo it: ∽u 🜖li acido colorem rubicundum nanciſcitur. Pronuper obſervavimus & analectis noſtris chymicis inſeruimus, quod ∽us Salis debite inſtillatus ∽ui 🝆ſo volatili (conſtanti ex ∽u 🜔 ✱ci vinoſo abſtracto ab 🝆 ♀i fœtido) elegantem coccineum colorem mixturæ induxerit. Porro quoque hæc ratio eſt, quod ℞æ vegetabilium v. gr. myrrhæ aloes, centaur. min. &c. fl. quatuor cordialium cum acidulo menſtruo v. gr. ∽u ſalis vel 🜖li dulci extractæ tam jucundâ reluceant rubedine, quæ nim. dependet à miſcelâ atomorum ætherearum ac 🜄earum cum minutiis acidi menſtrui.

*🜍ura gaudent rubedine.*

*∽us ♀i volatilis rubicundus.*

Ex hiſce videmus, quodlibet inflammabile rubicundum corpus & omne reſinoſum alere occultum acidum, imò 🜍 ♄ii non formaliter latitare in ♄io, ſed ſaltim materialiter ac propenſive, dum nim. molleculæ ♄ii 🜄eæ ſubtiles æthereæ cum acidis acceſſoriis colliquatæ in concretum 🜍eum migrant.

*Epicriſis de ☿io ♄ii.*

Idem noſtrum judicium eſto de ☿io ♄ii, qui ex particulis metallicis in ♄ii ♕lo latitantibus beneficio Eſſentiæ ☿ificantis ex diverſis commiſtis ſalibus enatæ paratur.

Hunc non infimæ notæ viri negare & inter non entia proſcribere conati ſunt, aſt remordent hîc chymicorum emunctiores

res oculari experientiâ ſuffulti, inter quos non infimum locum obtinent viri ſupra fidem veraces *Langelottus & Beccherus*, qui publicis in ſcriptis veterum Philoſophorum aſſerta manuali ſuâ experientiâ confirmarunt. Alii mitius procedentes, non proprium ſed adſcititium hunc extractum ☿ ♁ii conjiciunt à ☿io vulgi in ſubterraneis pyerophylaccis ipſi ♁io adſociatum; verum hos refutat laborioſiſſimum extractionis negotium per trimeſtre vix abſolvendum ſpatium. Nonnulli ☿ hunc laborioſiſſime extractum nil aliud quam perſonatam 🜍is larvam pronunciant: cum nim. longæ & exporrectæ atomi micantes in ♁io artificio fallaci rotentur in globulorum ſtillas, & mercurium mentiantur, qui facile in priſtinum minerale redeat. Aſt ☿ ne quicquã de 🜍e participat 1. notum eſt, è metallis 🜍eo principio turgidis uti ex ♂. ♃. ♀e pauciſſimum elici ☿, copioſiſſimum contra ex ☉, ♄no, ☽â, regulo ♁ii, quæ ☿ialibus magis abundant particulis graviſſimis, cum 🜍ra ſint leviſſima. 2. ☿ialia nullo modo ſolvi per menſtrua 🜍ea alkalia poſſunt, potius homogenea ☿ialia requiruntur. 3. ☿ius ſemper eâdem formâ poteſt reviviſci, neque in metallum vel minerale facile redigi poteſt; & quanquam à ☿io per ſalium adjectionem (ad purificationem inſervientium) particulæ nigræ terreæ metalli formam mentientes ſequeſtrentur, oculorum tamen faſcinum eſt, cum particulæ hæ immerſæ liquori per aliquot ☌ iterum abeant in globulos ☿iales. Aſt datur ☿ius ♁ii, qui in omnibus ſimilis communi, exceptâ virtute.

*☿ius ♁ii eſt ens chymicum.*

*non derivandus à ☿io vulgi.*

*neq; perſonata 🜍is larva eſt.*

*probatur variis experimentis.*

*☿ius ♁ii non facile redigi poteſt in minerale.*

Præparatur hic ☿ è 🜲lo ♁ii, commiſto cum ſalibus acido-alkalinis inter ſe confligentibus ut ∽u ✳ci, ∽u ⦶i, ⊖e 🜿i, 🜿o crudo ✠to, ✳co, cineribus clavellatis, uti ex fideli communicatione *Baſilii Valentini in curru triumphal. p. 250. Glauberi, Beccheri, Mon Snyders* cognitum habemus. Fundamentum hujus præparationis eſt, ut à commiſtione ſalium è diametro ſibi contrariorum & ſe invicem effœminantium exſurgant copioſa effluvia ætherea, quæ in ſubtiliſſimum fatiſcunt ∽um, qui eſſentiæ ☿ificantis nomine gaudet, quæ deinde poros particularum metallicarum regulinarum permeat, particulas reſol-

*☿ii ♁ii præparatio.*

*fundam. præparationis.*

vit, emollit, & fluidificat. Hinc quoque non inepte *Becche-*
*☿ius vulgar. deſcriptio?*
*rus in Phyſ. ſubterran. p. 469.* ☿ium vulgarem vocat amalgama fluidum ex eſſentiâ ☿ificante & ipſis metallicis atomis compoſitum. Et hoc modo fortiſſimo igne prolectatur ☿ius ♁ii.

*♔lus ♁ eſt indolis ♄ninæ.*
Regulum autem particulis metallicis, quæ proxime ad ♄ni naturam accedunt, eſſe fœtum, ſequentia videntur adſtruere. Poteſt enim ille ipſe per Sal ♄ni in verum ♄num verti *Autore Baſil. Valentin. in curru triumphali v. p. 303.* Portio quoque ♁ii in meracum ♄num ſæpe liqueſcit, ſi cum ☽o â calcinetur annotante id *Williſio in pharmac. p. 61.* inſtar ♄ni quoque facile propellitur, omniaque metalla, (quod alias ♄ni proprium
*♃vis induratio.*
eſt) arripit. Tandem experimento Glauberiano regulus ♁ii ♃vi liquato (qui pene totus 🜍eus hinc quoque leviſſimus) juſtâ doſi admixtus illum indurat: idque dependet ab effluviis reguli ♁ii ☿ialibus intime ſibi connuptis cum atomis ♃vis
*♂is per ☿ium.*
🜍eis: quæ ratio quoque eſt, quod ♂ (ut maxime 🜍eus) ſi calcinetur cum ☿ii vapore tam durus fiat, ut inſtar vitri frangi poſſit. Quæ curioſa *Paracelſi obſervatio eſt, part. 6. d. conſervat. rerum natural. p. 273.*

*an Sal inſit ♁io?*
Tandem an Sal ♁io inſit videbimus, non formaliter ſed materialiter eodem modo in illo latere conjicimus. Et quanquam decoctum ♁ii cum ▽c. inſtitutum non contemnendas
*decocti ♁ii virtutes.*
in lue ♀eâ poſſideat virtutes à *Zwelffero*, in ſaxeâ renum occaleſcentiâ *à Poterio in Pharmacop. Spagyr. p. 334.* commendatum, adeoque ejus efficacia ⊖inas atomos ac minutias in ▽ ejaculatas arguat, non tamen propriè dictum Sal in ▽æ poros ſe inſinuavit: Sed potius ſunt particulæ illæ minerales, quæ in ſalinam propendent formam, modò acumen vulcani accedat in acidum ſtagma facile abeunt: flamma enim (uti omnis
*fermentatio omnis eſt ſalifica.*
fermentatio) eſt ſalifica. Nimirum flamma æthereo ſuo motu particulas propenſivas vel acidas in regno minerali, acido-alkalinas in vegetabili, alkalinas in animali perficit & ſiſtit, non aliter ac fermentatio quævis ſolet.

Ex hiſce liquet, in ♁io principia illa tria chymica non formaliter inexiſtere, ſed tantum certas ſpecificatas materiales

par-

particulas in illo latere, quæ aptæ natæ ſunt pro diverſitate additamenti vel ☿ii vel Salis vel 🜍is ſchema induere.

Perſpectâ jam ♁ii naturâ è re fore duco ad ☿ii ~ti naturam ac genium cognoſcendum deſcendere. Hinc

## CAP. III.

### Mercurii ſublimati genuinum indagat.

HUnc 1. quatenus ab omni ⊖ino contagio immunis ac liber eſt. 2. ceu corroſivum ac ſepticum paulo intentius æſtimare lubet. ☿ius inter generata vix par habens uti inter naturæ magnalia refertur præcipua: ſic quoque nonniſi qui veram naturæ cathedram poſſident, chimiâ huc vecti hujus naturam explicare ac rimari ſcite noverint.

*☿ vulgi eſt fluor æthereus ſaturatus particulis metallicis*

Nos ☿ium fluorem æthereum volatilem ſaturatum ſpecificis particulis metallicis conjicimus. Ex ſubtiliſſimis autem effluviis æthereis ac fluidiſſimis conflatum hunc eſſe ☿, præter artificioſam ☿iorum metallicorum præparationem, (quæ abſolvitur effluviis æthereis ex ⊖ibus invicem collidentibus ortis) præter rotundam (quæ propria eſt materiæ primi elementi) quâ ſemper gaudet ☿ formam, ſequens mechanica veritati lucem ſuffundit. ☿ius communis ſi tractetur igne fortiter debitis in vaſis, miram ▽æ cujusdam inſipidæ elargitur copiam, ſemper tamen priori ☿ii vivi pondere ſalvo manente, uti *Boyleus in Chymiſtâ Scept. p. 46. Joh. Agricola in Poppium p. 119.* teſtantur. Alit enim ☿ quendam magnetiſmum, qui dependet à particulis æthereis in ☿io eminentibus, quæ vehementi caloris & ignis impetu in motum actuantur, novumque ætherem cum matrice ſuâ ▽eâ attrahunt. Parili modo ut ~us ⦶i ſummè æthereus volatilis moleculis metallicis incorporatus vel etiam alkalinis uti cretæ, continuo abit in deliquium, copioſasque allicit particulas æthereas ac lucidas, quæ (ſi mixtura rite tractetur,) ſatis conſpicuæ conſtituunt phoſphorum *Balduini*. Sic quoque nonnulla vegetabilia ut aloe, cepæ ſedorum genera ⦶ſo principio terſivo turgida, ▽æ matrici exempta diu germinant, neq; facilè injucundâ marceſcentiâ ſe criſpant. Nunquam enim inter-

*probatur experimentis chymicis.*

*præparatione artificioſâ, ▽â ☿ii.*

*Balduini Phoſphorus.*

*cur vegetabilia nonnulla tamdiu germinent?*

intermoriturum amicabile illud ac magneticum fœdus, quod ☽o inferiori cum ſuperiori intercedit. Accedit quoque, quod ☿ius vulgi per 🜉um mundi aereum ſolvatur ob ſympathiam uti *Ludovic. de Comitibus* tradit *tr. de metallis p. 225.*

*☿ii vulg. ſolutione*

Spiritus hic ☿ialis æthereus quaſi menſtrui vicem gerens in ſubterraneis antris appellens ad metallicas minutias illas emollit, ſolvit ac fluxiles reddit, ſicq; compoſitus evadit fluor dictus ☿ius vulgi manus non madefaciens. Quaptopter ab hoc ☿io vulgi ſi partes 🜃eæ metallicæ depeculentur artificioſa encheiriſi, & 🜉us iſte ab omni metallico contagio liberatus haberi poſſit, virgineus & philoſophicus ille evadit, diciturque veris per ignem Philoſophis ☿ius de ☿io. Patrocinatur ſententiæ noſtræ *Philoſophorum coryphæus Geber* qui *in aphoriſmis p. 161. inquit: continet argentum vivum in ſe 🜉um internum viventem & convertentem 🜂em, ſi de potentiâ in actum promovebitur, pro ſuo illum agnoſcunt Philoſophi ☿io.* Aſſenſum porro præbet *acutiſſimus per ignem Philoſophus Helmontius, qui tr. Progymnaſm. meteori §. 14.* & ſeqq. 🜍 externum originalem metalli labem continens ſeparare jubet à ☿io vulgi, quo fiat ☿ius de ☿io, qui deinde nullo igne poteſt in formam 🜃æ ⊼tari ob ſimplicitatem ſui maximam quæ 🜄æ elemento comparatur, cum 🜃am i. eſt 🜍 amiſerit.

*fundam. præparand. ☿ium philoſoph.*

*☿ius de ☿io quis?*

Quo autem ☿ius homogeneus puriſſimus æthereus emancipetur è carcere impuro metallico omnes ferme in eo deſudant Chimici. Iteratas ☿ii ſublimationes commendat *Ludovici de Comitibus.* Singularem modum lavandi ☿ium vulgi commendat *Geber L. 2. part. 1. p. 125.* Optime ſane depuratur ☿ius vulgi à ſcoriis ſuis 🜃eſtribus metallicis per amalgamationem, quæ poteſt inſtitui vel cum regulo ♁ii ♂li & ☽â, ſecundum præſcriptum *Zwelff. in Pharmac. regiâ p. 360.* vel cum regulo ♁ii ſecundum *Philaletham in tr.* qui inſcribitur, *Introitus apertus ad occluſum Regis Palatium.* Amalgamationē hanc perficiunt binæ additæ Dianæ columbæ, quas *Beccherus in ſuppl. ſecund. p. 118.* per Salia interpretatur. Hoc modo per amalgamationem cum ♛lo ♂li (qui nil de ♂e participat, in candidiſſimum enim cum

*præparatio ☿ii ſophici.*

*Philalethæ ☿ Philoſophicus.*

*♛lus ♂ purus ♁lis eſt.*

cum ⦶o detonatur pulverem) à ☿io heterogeneæ 🜃eæ ſcoriæ, (quæ homogeneas particulas ☿ii non adeò contiguas relinquunt) feliciſſime 🝐tantur, ſi præprimis verbera & imber accedant. Acquiritur ſic decies iteratâ amalgamatione & ♎matione ☿ius virtuoſiſſimus aſtralis ac ſplendidiſſimus, *cujus p. 2. p. 1.* auri radicaliter ſolvere poſſunt.

*elementa ☿ii vulgi.* Hæc itaque elementa nim. 🜍us aſtralis ſubtiliſſimus & particulæ metallicæ conſtituunt ☿ium vulgarem, non autem hæ à ♄no & biſmutho ſuam ſemper petunt originem, ſed ſæpe quoque alia metalla ingrediuntur ☿ii naturam *Boyleus in Tr. de Coloribus p. 47.* ſolutiones ☿ii cum 🜅 celebratas non raro virides obſervavit, qui color ſine dubio dependet á particulis immixtis ♀eis.

*☿ii ♎ti modus operandi.* ☿ius per ſe omni noxâ vacat intus aſſumptus pondere ſuo alvum cito perreptat, verum ſimul ac ⊖ino contagio afficitur, ſtatim ſepticus ſummeque deleterius evadit, exemplum præbet lethalibus infamatus exemplis ☿ius ille corroſivus, qui in minimâ aſſumptus quantitate, auram ſuam acidam volatilem idealem in æthereum lymphaticum nectar ob conſymbolicum magnetiſmum immediate evibrat, veneno poſt polluti hoc 🜍us animales conſternuntur, ipſorum ſcheſis & per conſequens omnium ventriculorum in toto corpore fermenta vitalia deſtruuntur ac pervertuntur. *θερίστικα* hæc 🜍ti virtus optime caſtratur ac cicuratur ſolis alkalinis, quæ acidum effœminant & debellant *vid. Sennertus de conſenſu Chym. c. 16.* 🝆ſa quoque demulcentia, quæ ſuo contextu anfractuoſo, 🝆ſis ac craſſis tricis acies excipiunt, obtuſioreque gibbo includunt, eundem cùm alkalinis promittunt effectum: Huc quoque ſpectat ſaccharum ♄ni, à *Crollio in Baſil. Chim. p. 389.* commendatum ad dulcificandum corroſivum, in amplexus namque arripit ſalia fortiora, aceti particulis quaſi reviviſcentibus. *ejus correctio.*

*præparatio ☿ii ♎ti.* Hujus autem corroſivi meteoriſati ☿ii naturam, accuratius paulo penſitare lubet, & primò ejus analyſin chymicam inſtituere. Naſcitur hic fœtus ex ſemine Salino (puta ſale c.

 &

& ⊕lo) connupto cum fœminino ☿iali, coquuntur invicem chymico igne in reſplendeſcens niveum hoc corpus.

*Hollandi.*

*Iſaacus Hollandus in operibus ſuis p. 177.* præparationem inſtituit ſolo Sale comm. prius in ▽ ſoluto & iterum coagulato (totum enim tunc ferme in Spiritum acidum fatiſcit) addito tantillo Salis ✳ci.

*Fundam. præparationis*

Fundamentum omnis præparationis eſt, ut 〜us ſalis acidus ſeparatus aggrediatur globulos ☿iales, ſeque intime ipſis agglomeret atque interponat, (cum ſolutio nil aliud ſit quàm intima interpoſitio particularum ſolventis intra poros corporis ſolvendi) globuli enim ac micantia illa ☿ii vivi elementa in 〜to microſcopio adhuc ſunt conſpicua. Solutus hic in 〜tu Salis ☿ius calore in ſublime fertur: non ſecus ac ☿ ſolutus in 〜u Salis debite prius parte liquida evaporatâ ⩲tus in ſtabile concreſcit cryſtallinum corpus, exacte æquans naturam ☿ii 〜ti vulgaris. Jam autem quomodo igne â miſturâ ⊕li & Salis 〜us Salis acidus ſolus evehatur ac ſeparetur, indagandum penitus venit. Salia acida fortiora ac penetrantioris indolis è ſedibus ſuis propellere ac quaſi reſuſcitare ſalia mitiora congulata, loco chymici axiomatis habendum. Sic 〜us ⊕li ſuperfuſus ſacharo ♄ni, vel ſolutioni coralliorum cum ⚻ paratæ, in ☊tione prodit merum ⚻ redivivum, quod in ♄no coraliis coagulatum fuit, relicto 〜u ⊕li in particulis ♄ninis. Porro 〜us ⊕li commiſſus cum Sale c. 〜um Salis propellit in ☊tione. *vid. Williſ. in Pharmac. p. 160.*

*Eſt, ut ☿v. ſolvatur 〜u Salis. & ⩲metur.*

*an & quomodo ſolus 〜us Salis elevetur à ⊕lo & ⊖e c. miſto?*

*〜us Salis per ∴ è ⊶tâ ☊lari poteſt ex ⊖e c. & 〜u ⊕li.*

*〜us Salis acidus eſt Sal ſolutum.*

Cum autem Spiritus hi acidi nil aliud ſint quàm Salia metaſchematiſmum paſſa, ſubtiliſata ac fluorem igne nacta ſolo motu differentes, hinc eodem modo res proceditur cum ipſis Salibus: Sic ſolutio ⊕li comiſta cum Sale com. & deſtillata ſuggerit 〜um Salis elegantem volatilem, non ſecus ac è Sale ✳ci & ⊕lo bene permixtis nuper obtinui per alembicum (perquè omnes 〜us minerales ſingulari artificio ☊tari poſſunt) 1. 〜um ◻ſum 2. 〜um Salis volatilem præſtantiſſimum.

*probatur.*

*〜u Salis volat. per XXcum ☊to.*

Quod autem ⊕lum ſolutum in Sal c. agat, ex hoc unico experimento abunde conſtat, nim. ſolutiones ⊕li & ⊖is in-

*⩲tatione.*

vicem

vice m combinentur ochrea ⊕li ▽ea pars fundum petit, (non ſecus ac fieri ſolet quando ſolutio ⊕li ♂ cum arcano ♀i maritatur) ſubtileque acidum principium nares vibrat. Ad rem quoque facit, experimentum, cujus meminit, *B. Rolfincius in diſſ. de ♁ c. XX.* ℌtavit nimirum quàm commode butyrum ♁ii miſcendo ♁ cum ⊖e comm. & ⊕lo: ubi ~tus Salis aggreſſus ♁tas particulas in butyraceam offam abiit. Huc quoque trahendum eſſe exiſtimo *Excellentiſſimi noſtri Wedelii fideliſſimi Naturæ myſtagogi* experimentum publico ſcripto nuperrimo inſertum & tale eſt. Miſcuit ⊕lum comm. cum globulis à ℌtione ~us Salis relictis, (qui adhuc ſale abundant) & ℌtioni in ♉tâ igne aperto concredidit ſicque elegantiſſimum Spiritum acidum volatilem ♀eum viridiuſculum acquiſivit, qui etiam ſuper alembicum cogi potuit,

*butyro ♁ii Rolvinciano.*

*~u volat. Wedeliano acido.*

Ex præfatis itaque experimentis facile diſcimus atque animadvertimus, ⊕lum Sali comm. additum ſumme velificari ~us Salis elevationi: Sal nempe ⊕li ceu fortius acidum aggreditur ipſum ▽eum Salis comm. hoſpitium, ~umque facit extorrem. Eſt autem Spiritus hic non purus putus Spiritus Salis, ſed de conſortio ♀eo metallico revera participat, nim. ♀is ⊕li maximè prægnans eſt, hinc non tantum viridi colore tingitur, verum etiam ☿io ~to illud ♀ intimat, quod conſpicitur in ☿io ∴ ♀i ~tato, qui gratâ rubedine oculis paſcit. id quod phœnomenon in ☿io ~u ⊖is c. ſoluto & ∴ ♀i p. d. ℞lato non apparet: cum communis Spiritus Salis non tam copioſum poſſideat ♀: hinc albæ particulæ ☿iales fundum petunt. Quod autem ex turpetho hoc minerali cum 🜄 nulla rubicunda ℞a extrahi poſſit, non tam ambiguam reddit ♀is præſentiam, quàm ♀eas ☿ialibus maxime intricatas & imuneatas eſſe oſtendit: parili enim modo è ☿i ♁ii nulla ℞a rubicunda cum Spiritu vini extrahi poteſt.

*cur ~us ſalis ſolus adſcendat?*

*☿ius ~tus ♀ ⊕li cuſtodit. probatur.*

Tandem de prædominio particularum ☿ialium & ⊖inarum in ipſo ~to exiſtentium ut ſimus ſolliciti ipſa res ſuadet. Communiter ſtatuunt utrarumque æquilibrium. *Knoeffelius in meth. med. febr. malign. p. 81.* è ☿ii ~ti ℔j ☿ii currentis elicuit

*☿ ~tus quantū de Sale & de ☿io participet!*

cuit ℥vij. Verum oppono huic experientiæ aliam nim. *Glaſeri qui in Chimiâ ſuâ p. 253.* dicit, ſe ex 🜍ti ℔j. elicuiſſe 26 lothones ☿ii vivi cum butyri ♌atione prodeuntes. Et ſane mechanica ſequens, quam ipſe feci, omne dirimit dubium: nimirum ☿ii 🜍ti ℥iv. ſi coquantur in lebete additâ ſ. q. limat. ♂ & ▽æ c. magma quoddam ⊖li forme emergit, quod igni arenæ commiſſum perelegantem exhibet 🜍um acidum volatilem ♂lem: tandem poſt fortiorem vulcani torturam prodit ☿ dimiſſus vivus ad ℥iij. & ferme ʒj, qui alio receptaculo excipiendus eſt. Relinquitur crocus ♂ ſubtiliſſimus. Hoc experimentum ultra partem tertiam in 🜍to contineri particulas mercuriales abunde evincit. Progredimur nunc ad ipſam butyri ac ♁is ♁ii præparationem. Hinc

*🜍us ☿lis volatilis.*

## CAP. IV.

# De Butyri ac ♁is ♁ii præparatione, cum variis ſubnexis cautelis.

*♁ quodnam optimum?*

ELigatur ad hunc proceſſum ♁ bene ſtriatum rubriſque punctulis ſcintillulans, quod bonam ♀is at ☿ii arguit miſcelam. Hinc non immerito *Generoſiſſimus Boyleus in tentam. phyſiolog. p. 30.* occultæ ♁ii differentiæ adſcribit, quod ♁is ♁ii & ♛lus ancipiti proceſſu nonnunquam attentetur.

*☿ 🜍tus adulteratus quomodo dignoſcendus?*

2. In promptu ſit ☿ius 🜍tus optimæ notæ, neque (ſvadente lucro) 🜺nico adulteratus, cujus fucus patet ℅ ♀i per d. inſtillato, loco enim flavedinis, (quæ expectatur à puro) offert ſeſe ingrata nigredo, quæ tamen non prodit ſi 🜺nicum non in ♌tione (quod alias fieri ſolet) ſed in ſubſtantiâ 🜍to à fraudulentâ manu additum fuerit. Hinc non facile ☿ius 🜍tus pulveriſatus emendus, ſuſpicio enim de mixto 🜺nico cryſtallino naſcitur. Vidi aliquando ♌tam cum taliſmodi 🜺nico adulterato ☿io ♁im ♁ii à Chymico quodam inſigni, mihi amico, qu☿ium vitæ flaviſſimum 🜄tavit è butyro, 🜍um autem ⊖li ph maxime ♀ olentem indeptus fuit. Loco ♁is in 🜛tæ collo flo re

*♁is ♌ta cum ☿io 🜍to adulterato.*

res fuſci colores leviſſimi ſe repræſentarunt. 🜎 repertum fuit leviuſculum gryſeum præ ſe ferens colorem. *Excell. Dn. D. Wedelius* paucis abhinc ♂bus notabilis experimenti me fecit participem, nim. ☿ ∽us 🜺nico adulte ratus miſtus fuit cum ♁io ad 🜓im elevandam, verum loco 🜓is purum putum 🜺nicum rubrum ſe in conſpectum dedit in ſuperficie ♁ii hærens, quod nativam ſuam formam redoluit.

Ingredientia itaque probitate ſe commendantia rite miſceri debent. De hâc mixturâ tria præprimis attendenda ſunt. *cautelæ de ♁ii & ∽ti miſtione.*

1. Præſtat ſucceſſive conficere 🜓im, neque pro unicâ ♌tione tam inſolitam farraginem aſſumere ♁ & ☿ ∽ti.

2. Auſpicatius ſemper res ſuccedit inque majori copiâ impetratur 🜓is, ſi plus de ☿ ∽to quàm ♁ ad præparationem expetatur. Fundamenti enim loco hoc habendum, quod 🜓is pene nil aliud ſit quàm ☿ius larvatus ac ſchematiſmum paſſus rubrâque veſte indutus à tingentis 🜍is ♁ii paucâ quantitate. 2. quod ♁ ferme totum, modo ſufficiens quantitas ∽ti præſto ſit, in 🜓inum concretum encheiriſi chymicâ cogi & converti poſſit. *Febure Traitt. de la chem part. II. p. 1016.* ☿ii ∽ti *p. 3.* ad p. 1. ♁ii recipit. Melius autem hoc modo res procedit ſi p. 3 ☿ii ∽ti, p. 2. autem ♁ii aſſumantur v. gr. ℞. ☿ii ∽ti ℥vj. ♁ii ℥iv. *🜓is ♁ii eſt ☿ius ſaltim larvatus probatur.*

3. Omnia ſingulatim prius bene pulveriſata in lapideo mortario exactiſſime miſceantur. Suſcitatur inſignis conflictus (qui dependet à ⊖ibus in ♁ii particulas agentibus) cum æſtuante calore (ſi præpr. parum ▽æ adſpergatur) & fumorum venenatorum (à quibus ſedulo cavendum) ingenti copiâ in aëra exſpatiantium, ita ut etiam *exercitatiſſimus Chymicus Dn. Olaus Borrichius in Act. Haffnienſ. Med. p. 131.* hoc pacto regulum ♁ii ſine igne liquari ac fundi poſſe experientiâ deprehenderit. Notabile quoque hoc loco eſt, quód ſine igne hoc pacto butyrum ♁ii compendioſiori modo poſſit parari, ſi nempe prædictæ mixturæ affundatur ▽. c. ad ſufficientem irrorationem, adhibitâ digeſtione & leni evaporatione Salia ☿ dimittunt, & ♁tas aggrediuntur particulas, inque butyroſum li- *præparat. ♔li ♁ii it. butyri ſine △e.*


quorem

quorem abeunt, qui per inclinationem ſeparandus, & exactè butyri ♁ii per 🝞tionem parati naturam in omnibus ſervat. Hoc autem probe obſervandum, ſi ☿im magis præ butyro deſideramus, ne mixturam humectemus, vel in cellam humidam illam ponamus, ſed ſtatim poſt mixtionem ad præparationem confugiamus.

*cautela de 🝭tâ.*

Mixtura itaque ♁ii & ☿ii 🝞ti præfata 🝭tæ vitreæ indatur inque arenam collocetur. De 🝭tâ autem hoc probe tenendum eſt, ut bene figurata ſit, collo ſat longo ac amplo adornata, ne forſan copiâ ☿is obſtipato collo 🝭ta diſrumpatur, totusq; labor perditum eat. *☿ius enim ſunt verba Illuſtris Baconis de Verulamio in Hiſtor. natural. cent. 1. p. 762. maxime crudum & ▽ſum corpus, calefactus arcteq; concluſus eâdem cum pulvere pyrio vi pollet.* 2. 🝭ta ita collocari debet, ut fundum capellæ pene tangat: ingens enim requiritur ignis impetus ad ☿im elevandam.

*quomodo collocari debeat?*

*Enchireſes de Δe in principio recte adminiſtrando.*

Ignis primò non adeò intenſus ſed paulo modificatus & mitis ſit, quo maceratio quaſi quædam perficiatur, auctus poſtmodum ut capella aliquâ ex parte candeſcat, prodit liquor albedine nitens, (quæ oritur à particulis butyri ♁ii 🝞tatis à vaporibus aqueis, qui leni calore elevati ſunt in collum 🝭tæ) ſuccedit demum butyrum maxime limpidum, quod alio receptaculo excipiendum, prius tamen bene lutari debet, ne fumus malignus acido-volatilis in auras abiens perreptet noſtros agros vitales, ibique haut inconſpicuam pro indole ſuâ vitæ archivo affricet noxam. Hanc ob cauſam quoque *Helmont. in tr. de inſpirat. p. 490. it. de Lithiaſi c. 9. §. 71.* confectores ☿is it. qui in auripigmento, ſtibio laborant, breviſſimam agere vitam pronuntiat, & quamvis taliſmodi ſeptici vapores vitam ſtatim non tollant, abbreviant tamen eamque variis cladibus ſubjiciunt. Serva ignis gradum, & ſi liquor luteus à particulis ♀eis admixtis egrediatur, ut recte monet *Blaſius in Beguinum p. 283.* fortifica ignem, & ſi nullæ amplius decidant guttulæ, appone aliud excipulum & extremum da ignis gradum ita, ut 🝭tam candefactam, & materiam in 🝭tâ liquidam,

*receptaculum probe lutari debet.*

*confectores ☿is vitam ſibi abbreviant.*

*quando ignis fortis ad 🝞mandam ☿im debeat admoveri?*

(quam

(quam obſervavit *Experientiſſ. Dn. D. Faſchius P. P.* cum 🝭ta ob collum obſtructũ 🜍i diffringeretur) eſſe conjicias. Maximus enim requiritur ignis gradus ad elevandum ☿ium: hinc quoque ſi ☉ ☿ii vaporibus ſit in albedinem verſum candefieri illud debet, quo ☿us evaporare poſſit: ægre enim ☿ adſcendit.

*Maximus requiritur △is gradus.*

Cumque totum artificium auſpicati ſucceſſus in ignis regimine conſiſtat, placet hinc quaſdam encheireſes ſubjungere de hoc recte adminiſtrando.

1. Probe conſiderandæ ſunt omnes circumſtantiæ v. gr. ſtructura furnorum, varietas capellarum 🝭tæ poſitio, quibus variantibus variare quoque ignis regimen debet, & hîc requiritur accuratum Chymici judicium. Si enim capella ſit nimis profunda, & retorta in infimam hujus regionem non locari poſſit, tunc omnino fortiſſimum vulcani acumen addendum eſt. Hoc enim inſtar axiomatis & fundamenti tenendum, quod ☿ non adſcendat & in 🜍in mutetur niſi 🝭tæ infima præprimis pars candeſcat.

*variæ annotationes de △is regimine.*

2. Cavendum quoq; ne ſub butyri ♁ii 🝞latione fortior ignis accomodetur, non tantum enim particulæ 🜔inæ, quæ requiruntur ad conſtituendam 🜍im ſubtrahuntur, dum copioſiſſimũ butyrum elicitur, verum etiam minutiæ Salinæ ☿iales cum particulis ſtibiatis intime coeunt, & conferruminantur in maſſam duriſſimam, quæ deinde non facile vapores 🜁eo-☿iales refundit in 🜍im condenſandos, ſed ægerrime ſaltim ſummâ ignis torturâ globulos quoſdam ☿iales ſudat. Ubi loco ſtratagematis inſervit experimentum, quod *cultior ille Chymicus Agricola in chirurg. parv. p. 485.* ſuggerit, nim. 🝎 exemptum de novo pulveriſandum, novâque aſpergine butyri ♁ii defectus humiditatis ac Salium compenſandus, denuoque inſtituenda 🝞tio eſt, quæ defectum 🜍is priorem abunde reſtituit. Signum autem intenſi & nimis fortis caloris eſt, ſi citatius butyrum exeat ita, ut gutta guttam trudat, 2. quando ſub formâ vaporum exiens receptaculum totum obnubilet 3. quando 🝭tæ collum variegato colore pingitur nim. flavo viridi rubro inter ſe ludentibus, qui omnes dependent à variâ miſcelâ particularum 🜁earum ac ☿ialium.

*fortior △is gradus non debet dari in principio.*

*quomodo in majori copia acquiri poſſit 🜍is?*

*Signa nimis fortis caloris.*

*Ignis ſuppreſſionis non ſemper neceſſarius.*

Cinnabaris ♁ii quanquam per ſe citra rectificationem intus propinari poſſit ſaltim bene lota 🜄â calidâ, (ut ſordes in externis porulis undulantes acidæ detergantur) cui pauxillum Salis lixivioſi adjectum, rectificatione tamen multo purior redditur, nobiliorique virtute fulget. Poteſt rectificatione inſtitui vel per cucurbitulam (uti ☿ius d. 🜍ari ſolet) impoſitam ✝lo amplo, ignem circularem admovendo. Vel per duo inverſa ✝la, uti *Ludov.* monet. Fit 🜍is in rectificatione hâc elegans ſpendida multoque 🜄uoſior: particulæ enim metallicæ quò ſubtiliores, eò virtute nobiliores.

*🜍is quomodo rectificari debeat & an ſemper? per duo ✝la inverſa.*

Vires 🜍is ♁ij poſſunt alias inſigniter nobilitari ac exaltari præparatione ulteriori, vel ſolutione (quo intimioris admiſſionis in agros vitales fiat) vel fixatione (ne volatilitate nervis noceat.) Et quod attinet ſolutionem, variis quidem modis ſolvi poteſt nim: 🜄is ſtygiis, 🜅, 🜄u ⊕i in quo ſolutum ⊕lum, de hâc ſolutione, v. *Hartmann. in Croll. p. 414.* Verum hæc menſtrua deſtruunt potius 🜍is texturam, ſeparant nim: partes ☿iales à 🜍eis, hinc virtus non poteſt manere ſalva ac integra; potius ad hunc ſcopum expetantur menſtrua ſecretiora inſipida catholica æthereæ proſapiæ, quæ radicaliter recludunt metalla imò lapides, vegetabilia, integrâ manente texturâ corporum & inſigniter viribus nobilitatis. Secretioris naturæ Myſtæ jactitant ac pleno ore hîc commendant menſtrua ſua univerſaliora uti *Helmont. Johannes Agricola, Faber*, noſtro tempore *Helvvigius in Epiſtol. ex Indiâ Orientali miſsâ* ad *naturæ curioſos, Balduini* qui *in Hermete Curioſo p. 50.* refert, ſe paraſſe ex Sale ſuo Hermetico Magnetico menſtruum catholicum radicaliter ſolvens vegetabilia, carbones, metalla, 🜍im nativam, illaque ſine ullâ corroſivitate potabilia reddens. Perhibendum quoque hîc eſt *Excellen-*

*Vires 🜍is ♁ij exaltantur.*

*1. ſolutione, non cum corroſivis.*

*ſed cum menſtruis æthereis inſipidis.*

*variorum Chymicorum.*

*Balduini.*

*impr. Dn. D. Sieboldi.* tiſſ. *Dn. D. Sieboldi Archiatri Saxonici, Patroni mei æſtumatiſſimi* laudatiſſimum menſtruum, limpidum æthereum, vinum vetuſtum ſapiens, cujus effectus in intime reſolvendis metallis lapidibus & quidem ſine ullo ſtrepitu per litteras me certiorem fecit. Solutio itaque 🝍is celebrari debet cum talismodi menſtruis æthereis univerſalioribus, non autem cum corroſivis liquoribus deleteriam potius facultatem ipſis ſolvendis conciliantibus.

*fixatio 🝍is.* Quod fixationem concernit, illa vires 🝍is maxime auget ac promovet: quamdiu enim juxta *Helm.* effatum *tr. de Febribus* §. *9. p. 778.* ☿ius revificari poteſt, non eſt boni Viri remedium. *P. J. Faber in Curat. p. 736.* 🝍in ♁ij vocat 🜍 rubrum & minerale bezoar rubeum, quod ſi fixetur vires ☉i potabilis æquare pronunciat. Fixatio hæc fit 🝐 🜖li rubicundo (quod egregium fixativum mineralium) non autem penitus abſolvitur. Hunc in finem *Keslerus in obſervat. chym.* 🝐 🜖li cicurat ac figit ☿ium vulgi, ut fortiſſimi 🜂is patiens fiat, illud à ☿io aliquoties abſtrahendo. *Baſilius Valentinus in curru Triumphal. p. 408.* ☿ium ♁ij cum 🝐 🜖li in panacoeam mirabilem figit. *Beguinus quoque in Tyrocin. Chym. p. 137.* 🝍im vulgarem cnm Sale c. miſtam figit 🝐 🜍is per campanam facto in pulverem album ternâ vice abſtrahendo illud 🝍i. Optime itaque fixatio hæc procedit cum 🝐 🜖li, quod 🜍is 🜖li eſt prægnantiſſimum, ſi 🝍is ♁ij cum illo prius digeſtione probâ maceretur, ac aliquoties abſtrahatur, pulvis relictus ∽u vini dulcificetur.

*quæ 🝐 🜖li perficitur.*

*quod figere ☿ialia, experimentis probatur.*

*Fixatio 🝍is ſecundum Beguinum.*

*ἐπίκρισις de ℞is ♁ii è 🝍i* Chymicorum plures deſudant quoque è 🝍i ℞am extrahere venditantes illam pro ſingulari arcano. Verum cum 🜍ea 🝍is portio tantum in Tincturam abeat, relictis particulis ☿ialibus, in quas noſtra vulgaria menſtrua nullum jus habent, hinc ſane non video, quantis paraſangis illa tœdioſe quæſita ℞a antecedat alias faciliori methodo ex ♁ extractas, nimirum omnes ♁ii ℞æ ſero quandam fluxilitatem fœnerant, ſalivationem movent, ſordes glandulis impactas excutiunt, virtutem ſimul anodynam poſſident. 🜍ura hæc mineralium

*Vires ℞arum ♁ii.*

optime

optime obſequuntur menſtruis 🜂eis 🝪ſis. Sic *Polemannus in tr. de 🜂e Philoſoph.* Elixir vitæ parvum concinnat ex 🜂e ☉to ♁ij, ſæpius ab illo abſtrahens 🝪 cinnamomi, quod tandem 🜂 hoc ♁ij ſecum vehit ſuper 🝫tam. Color quoque rubicundus coralliorum quovis 🝪 ♌to eleganter extrahitur (ut remaneant alba) enchireſi ſingulari adhibitâ. Eodem modo cum 🝪 citri ☿is ♁ii probe digeſta 🜂 ſuum 🝪 communicat, quod eleganti ☉eo colore tingitur, relictâ ☿iali parte obſcuræ rubedinis in fundo vaſis 🝪 abſtrahitur, relicto magmati affunditur Sal volat: ſ. 🜄us ✱ci vinoſus, qui elegantiſſimâ tincturâ imbuitur. *℞a ♁ii Polemanni.* *℞a coralliorum.*

*Nobiliſſ. Dn. D. Elsholtzius in ♌atoriâ Curioſ. p. 22.* ☿i nativ. vel factit: affundit 🜄um terebinth, qui per ∴am è cucurbitâ vitreâ ♌latus prodit rubicundus.

Porro alkalia optime extrahunt 🜂ura. Sic ℞a elegans ♀iſata conficitur ſi ☿is ♁ij cum lixivio Salis ♀i decoquatur, ac poſtmodum lixivium inſpiſſetur, cui affuſus 🜄us vini arripit 🜂 in porulis hærens Salis alkalici, & nobile medicamentum conſtituit. Quomodo 🜂 ♁ij è ☿ cum acido ſeparetur, *v. Hartmannus in Crollium. p. 414.* Tandem ☿ius è ☿i ♁ij extractus cumq; foliis ☉ ſaturatus & miſtus cum ☿io 🜄to, in ☿ dulcem ☉rem præſtantiſſimum chymico igne coquitur, qui blande alvum detrahit, ſimulque aſtrales ſplendidiſſimas in ſinu fovet virtutes. *℞a ☿is ♁ ♀iſata.* *purgans è ☿i ♁ii.* *☿ius d. ☉rus.*

Plura ſelecta è ☿i ♁ij compoſita medicamina vid. in ſequentibus.

## Cap. XI.

# De Modo agendi ac Viribus generalibus ☿is ♁ij.

Admiratione dignum eſt, quod ☿is ♁ij cum è duobus corporibus, quæ per ſe ſat δραστικῶς operantur, ſit conflata, tam nobiliſſimis ac præſtantiſſimis gaudeat virtutibus, verum *♁ & ☿ invicem ſe corrigunt.*

verum feliciſſimæ ſunt conjunctiones & confœderationes ☿ij & ♁ij ceu ſalutarium aſtrorum adeo, ut utriusque violentior operatio compoſitione & mutuâ confermentatione valde circuretur, imò viribus collectis & adauctis virtuoſiſſima evadat. Quomodo autem id fiat ſpecialiter videbimus. Notum eſt ex ſuperioribus ♁im ♁ij nil aliud eſſe quàm ☿ium dulcem

*unde ♁is ♁ii virtus ſudorifera blanda?*

imprægnatum 🜍e ♁ii tingente. Jam autem ☿ d. & 🜍 ♁ii cum ob ſpicula Salina acria ſeorſim adhibita deleterias emeticas ac purgantes exerant vires, inque levia venena adſcendant, hinc quæ tela illa acria deſtruunt, invertunt, optime cicurant, ac manſuefaciunt hæc δραστικα corpora. Tale corrigens latet in quovis horum corporum, quo nim. alteri virulentiam demit puta acrimoniam Salinam debellat. ☿ius ob

*quomodo ☿ ♁ium corrigat & vice verſa?*

particulas ∇eas metallicas admodum rapax eſt acidi 🜍is ♁ii, loco exempli eſt ☿ius comm. qui corroſivitatem ☿io ⁓to omnem ita corrigit, ut in blandiſſimum purgans redigatur. 🜍 autem ♁ii ex ramoſis tricis conſtat, quibus particulas ☿ii acidas excipit & obvolvit, ut hoc modo ex mutuâ correctione ac confermentatione qualitas deleteria maxime alteretur. Hinc

*Antiquart. Riverianum.*

quoque vitrum ♁ii ejusdemque familiæ ☿ius vitæ aſſociatus ☿io vivo blando ignis temperamento juxta *Schröd. in Pharmacop. p. 409.* benigniſſimus leniterque purgans evadit, vel etiam ſudoriferus ſi p. 1. ☿ii vitæ & p. 4. ☿ii dulcis aſſumantur, coquuntur invicem in panacœam *Riverianam* antiquartiam v. *Hartmannus in Croll. p. 67.* Adeoque ſi virtus hujus medicamenti uti & ♁is debet manere integra, non debet fieri ſeparatio ☿ialium vel 🜍urearum partium.

*Vires ♁is ♁ii,*

Poſſidet autem ♁is noſtra virtutem egregiam ⁓us animales ſerenantem, adeoque totum partium archeum confortantem 2. Excrementa ⁓uoſæ indolis ac acidæ idealis naturæ abſorbentem, adeoque porro anodynam, antiſpaſmodicam, nervinam, ſudoriferam reſolventem imò cum revera omnibus indicationibus ſatisfaciat, optime jure medicinæ univerſalis nomine gaudere debet. Agit enim inſtar medicinæ univerſalis immediate in ⁓us animales (uti affectus ſolent

&

& per conſequens in ~um vitalem & partium inſitum, quanquam non negem 🜍im 🜍ij apicem medicinæ univerſalis non adſcendere, ſed multo præſtantiores dari, quæ palmam præripiunt.

Operatur itaque 🜍is non qualitatibus primis vel ſecundis, ſed tertiis idealibus, ac ~ualibus, 🜍ina enim non admittuntur in corporis penetralia, ob gravitatem enim non poſſunt evaporare, ſed ſimul cum fecibus (quas ſæpe tingunt) iterum excernuntur, non obſequuntur fermento ventriculi, quod illa intacta relinqvit, pauciſſimâque quantitate ſuas vires exerunt. Et quanquam à calore noſtro ☉, imo omnia metalla, ſic quoque 🜍ina non ſubigantur & cum fecibus excernantur, habent tamen egregium commodum. Actiones enim occultæ & quæ magneticæ dicuntur in integris ſeſe exſerunt, & à formâ potius fluunt, atque eâ deſtructâ vel etiam corpore corrupto & immutato evaneſcunt v. *Sennertus de Conſenſ. & Diſſ. Chymicor. & Ariſtot. p. 431.* Aſſenſum facile hîc præbemus *acutiſſimo per 🜂em Philoſopho Helmont. qui in tr. In V. H. & L. eſt magna virtus, metallica medicamenta, gemmas, ♀ura mineraliū citra ſui diſſolutionem interitum ſolo adſpectu ac nudo contactu irradiatione ac radiorum lucidorū ejaculatione in partibus, quas tranſeunt, vires ſuas exerere, imò eſſe inſtar aſtrorum lucentium & ſpeculorum lucidorum radios ſuos eminus in ſopitum vel ſuccenſum archeum evibrantium,* terſe ac concinne ſtatuit. Hanc ob rationem 🜄 in quâ ebulliit ☿ius vivus, mirâ facultate prædita eſt vermes necandi, utut ne minimum de argento vivo in ſe ſorbeat, & ☿ius in quantitate priſtinâ remaneat. Sic quoque 🜍is ♁ij ſexies per ſe ſublimatæ ℥ß. ſi ſuſpendatur in dolium vini per 24 horas, vinum egregiis imbuit virtutibus, ut ejus cochlear unum per aliquot ♂ ſumptum miros præſtet effectus. v. plura *in Helmont. l. c.* Hæc quoque ratio eſt, quod 🜄 in quâ 🜍is nativa elutriata fuit, licet ſtet diutius ſuper 🜍in, non facile putreſcat atque corrumpatur, vid. *Nobiliſſ. Wedelii Tr. de Medicament. Facultat. p. 152.* Porro quoque liquores in quibus ſæpius extinctum ☉ mire laudantur & inſtar ☉i pota-

*non 🜍is agit qualitatibus primis.*

*ſed ~ualibus. probatur. & irradiatione.*

*quæ probatur variis experimentis.*

bilis habentur à *Burrho in Epiſtol. ad Bartholin:* plura de ▽is metallicis vide in *Dn. D. Majoris Genio Errante.*

*quomodo ♁ina agant in ⁓us?*

Patet ex hiſce ſolâ illuminatione ac irradiatione in ſtomachi membranâ (ubi maxime viget archeus) operari, ibiq; radium directum virium ſuarum exponere medicamenta metallica & ipſam ♁im. Quomodo autem actio hæc occulti regiminis peragatur & quomodo operentur ♁ina in ipſos ⁓us, ſpecialius inquirendum eſt. Præſupponimus nimirum Archeum ſ. ⁓um noſtrum ſenſitivum, animam brutalem, eſſe ⁓um complexum è ⁓u animali, vitali, (influentibus) & ⁓u cujusvis partis inſito ſpecifico. Hi ⁓us amice conjurare debent, & quaſi Naturæ Collegium conſtituere ad producendum ſenſum & motum. Arteria enim cruralis ligata æque ſuſtollit partis ſenſum ac motum imò nutritionem, ac ſi nervus præſcindatur, uti hanc ſententiam uberius deduximus in *diſſertatione noſtrâ medicâ de Αὐτοχειρίᾳ.*

*archeus compoſitus eſt è ⁓u vitali, animali & partium inſito ſpecifico, probatur.*

*quomodo actio occulti regiminis Helmont. peragatur?*

Spiritus animalis eſt aſtralis æthereæ ſimpliciſſimæ naturæ, hinc cum ad nullam formam determinatus ſit, maxime capax exiſtit, ⁓uales ac ideales impreſſiones quaſvis recipere & per totum ſyſtema nervoſum multiplicatas repræſentare, has deinde ex conſymboliſmo ⁓ui arterioſo nubit, qui inſtrumenti ac vicarii inſtar eſt & regiminis iſtius occulti exſeqvutor. Sic ideales impreſſiones affectuum, venenorum immediate alloquntur ⁓us animales, qui deinde ideas receptas communicant ⁓ui vitali, qui diſpoſitionem ac ſeminalem poteſtatem rerum ſibi agendarum exſequitur.

*applicatio ad medicamenta metallica.*

Simili modo medicamenta aſtralia metallica ♁ina, quæ lucem poſſident, immediate afficiunt ⁓us animales ac dotem ſuam, quæ eſt ⁓us confortare, ſerenare, humores viſcidos reſolvere, evacuationes promovere, ipſis inſculpunt, qui deinde hanc ideam toti collegio naturæ nubunt, ac auctis viribus peragenda in effectum deducunt.

*☿ialia immediate afficiunt ⁓us animales, probatur.*

Quod autem ☿ialia, inter quæ ♁ina quoque referuntur, immediate alloquantur ⁓us animales, experimenta *Helmontiana* docent. *In tr. Catarrhi deliramenta* ſcribit ☿ foris illitum

cfaves

fauces, dentes linquam afficere, *it. tr. aſthma §. 44.* ☿ialia aſſumpta fauces atque laryngem præcludere.

Sed præter virtutes has dictas, alias nobiliſſimas adhuc poſſidet nimirum abſorbentes ac præcipitantes, non quidem ♁ina invertunt ac deſtruunt acida, uti alkalibus ſolemne eſt, ſed excrementa ∼uoſæ indolis, peregrina acida qualitatibus idealibus delinquentia ſive ſapores atque odores deleterios putredinoſos fermentales imbibunt, abſorbent ac præcipitant. Habet nim. quælibet totius machinæ corporeæ pars ſuum peculiare fermentum ſive archeum, qui chylum ſeu nutritium liquorem in nutrimentum ſuum vertit, ſenſum ac motum efficit, habet enim quælibet pars ſuum peculiarem ∼um inſitum, qui omnis tranſmutationis & fermentationis ſpecificæ cauſa primaria, excitatur hic per influentes ∼us nim. animales, quorum vehiculum eſt lympha, & vitales, qui in ſanguine hoſpitium ſuum habent. Gaudet nnim quælibet pars ſuâ peculiari lymphâ, ſuis glandulis & arteriolis. Excitatur hinc naturalis fermentalis ſpecificus ſapor atque odor, qui cauſa omnis transmutationis ac fermentationis, omnis motus ac ſenſus. Quod ſi autem ipſi liquores influentes v. gr. lympha vel ſangvis peccent, qualitate peregrinâ ſtipentur, ſi lympha ſtaſin concipiat, corrumpatur, aceſcat, vapeſcat; fermenta naturalia immurantur, peregrini morbifici ſapores odores fermentales partium ſuboriuntur, qui deinde peregrinam fermentationem inducunt, nutritionem motum ac ſenſum lædunt, & oriuntur varia ſymptomata variique morbi, qui pro diverſitate partium variant & variis nominibus ſalutantur.

*quomodo ♁ina abſorbeant?*

*fermenta partium totius corporis ex quibus conſtent principiis?*

*quomodo naturalia fermenta fiant morboſa?*

Sapores talismodi acidos ∼uoſos fermentales præternaturales invertunt ac deſtruunt omnium optime ♁ina, hæc enim ut ☿ialia acidum ideale venenorum v.. gr. 🜍is ðij, ♀is ita evirant, ut citra ullam noxam intra corpus poſſint aſſumi. 2. Eſt quidam magnetiſmus in ipſis ♁inis ☿ialibus, qui dependet à particulis æthereis aſtralibus in ☿io deliteſcentibus,

*abſorbet ♁is ſapores fermentales partium p. n.*

*certo magnetiſmo.*

tibus, quibus ſimiles ideales ♌uoſas qualitates ad ſe trahunt, natura enim ſimilium rapax eſt.

*quomodo magnetiſmus peragatur?*

Fit hoc modo per magnetiſmum ⚼tatio omnium peregrinorum fermentorum è maſsâ ſangvineâ & lymphâ, non aliter ac ob magneticam ſympathiam ♂ ⚼tat ♀em, ♀us ☽am, ☿ius vivus ☉, ☽am & omnia metalla, ♄nus, ♀em, ♂ ♄num, ☿ium & ☽nam, dum nimirum magnetiſmus quidam in hiſce metallicis exiſtit.

*quomodo ☿ina ex M.S. ⚼tent acidum?*

Cum autem ☿ina non materialiter in habitum corporis effundantur, & maſſam ſangvineam attingant, quomodo excrementorũ in diſſitis locis ⚼tatio fieri poſſit diſquiſitione dignum. Notum eſt, continuum ut ſanguinis ſic quoque ſucci lymphatici eſſe circulum, rotationem, ita ut lympha in ventriculo exiſtens mox ad alias feratur partes. ☿na itaque partium, quas pertranſeunt hoſtiles acidas ſordes ſaltim removent, hinc uſu continuato quaſi omnis Salibus peregrinis collutulata lympha purgari & corrigi poteſt, non aliter ac alkalia fixa, quæ eodem modo non attingunt Maſſam ſanguineam, munus ſuum

*quomodo Salia alkalia?*

exſequuntur. *Helmont. tr. de ſede animæ §. 22.* eleganter inquit: alkali etſi non vadat materialiter uſque ad habitum corporis: attamen ſufficiat, ut ſui proprietatem radialiter eouſque diſpergat, modo in ſtomacho digeſtionum fonte vitæ archivo aciditatem vetuerit: in quo manifeſtatur vis ſtomachi in omnes digeſtionum familias: digeſtio enim hæc præſidet mille culinarum digeſtioni particulari.

*☿is ♁ij eſt panacœa univerſalis.*

Diſcimus exinde ☿in ♁ij eſſe quaſi panacœam univerſalem, dum omnibus indicationibus ſatisfacit. Eſt nobiliſſimum reſolvens, ♌us corfortans, ſangvinem purificans, fermenta peregrina citra ullam ſenſibilem mutationem deſtruens, anodynum, nervinum, omnes evacuationes (alvi, ⊡æ, ſudoris, ſalivæ) promovens, omni putredini reſiſtens, adeoque elegantiſſimum cephalicum, antifebrile, antiſcorbuticum, pectorale hepaticum, uterinum, anthelminticum, cordiale, ſtomachicum, imo omnium morborum feliciſſimus alexiacus.

Cap.

## Cap. XII.

# De Viribus ſpecialibus, variis medicamentis internis & externis, cautelis.

Cinnabaris noſtra quàm optime omnes evacuationes juvat ac promovet, dum nimirum Spiritus ſerenat, corfortat, qui deinde excrementa hoſtilia per debita ſua evacuatoria quàm comode proſcribunt, adeò, ut ſæpe obſervatum fuerit, ☿in ♁ij non ſolum ſudorem excitaſſe, verum etiam fortiter purgaſſe ac ſalivationem concitaſſe vid. *Celeberrimus noſter Wedelius in Tr. de Medicam. facultat. p. 152.* Sic quoque pulvis abſorbens *Wedelianus*, quem ingreditur ☿is, ſæpe vomitum effeciſſe obſervatus fuit. Poteſt itaq; ☿is noſtra quàm commode miſceri cum purgantibus, ſudoriferis, ſalivantibus &c. Natura enim confortata optatius præſidet evacuationibus. Sic *Excellentiſſimus Dn. D. Wedelius, fideliſſimus meus ad Praxin manuductor*, in *Collegio Timæano* ☿in ♁ij maritatam cum ♀o emetico mire commendat *ad vomitum* movendum. Poteſt commode ſic miſceri ℞. ♀i emetici gr. 2. croci metall. gr. 1. ☿is ♁ij gr. 3. Miſce pulvis. *uſus ejus inter vomitoria.*

Pro ſcopo *purgandi* eleganter miſcetur cum pulvere vegetabil. vel gialap. reſinoſ. additis Salibus v. gr. cremore ♀i. ♀o ⊕lato & momento ℴℴi macis vel citri. *v. Dn. D. Schultzius in Scrutin. ☿ino p. 86.* *purgantia.*

Inter *ſudorifera alexipharmaca* ſanguinem depurantia commodum locum invenit. Poteſt miſceri vel cum Sal. volat. ✳ci it. cum Sale C. C. volat. à ſaccharo ♄ni ⁓to (quod commendat *Ingenioſiſſimus Helvetius in Microſcop. phyſignom. p. 42.*) vel cum ♁ ⊙to ♁ij, ♁ diaphoret. ſpinâ ſerpertin. fl. ♁is CC. ſ. △e. *ſudorifera.*

Inter *diuretica* quoque ejus uſus excellit, ſi amicabile connubium ineat cum arcano duplicato, Sale, Succini volatili, lapidibus ♋. ♀o ♀iſato *Ludoviciano*; Tandem quoq; ☿ina, ut *ſalivam moventia*, egregiam laudē merentur. *Clariſſimus Dn. D. Cramerus Practicus feliciſſimus* ma- *ſalivantia.*

gni æſtimat & in omnibus fere malignis febribus mixturas ſalivæ fluxum promoventes præſcribit, quas ſemper ingreditur 🜓is. Si ſaliva (excrementum maxime ⁓uoſum) in malignis fluat, certum ſalutis indicium. Hinc frequenti in uſu hancce habet. ℞. ▽ card. B. baſilic. ſcordii ā. ℥j. ÷ ſcyll. ʒvj. 🜓is ♁ij ℈ß. bez. mineral. Sennerti ā. ℈ij. Mixt. ſimpl. ℈j. M.F. Mixtura.

*Medetur febribus intermitt.* *In febribus intermittentibus* 🜓is ♁ij egregium locat operam (præmiſſis emeto-diaphoreticis, Salibus aperitivis antifebrilibus, ſudoriferis & diureticis,) habet enim virtutem reſolvendi, ⁓us confortandi, fermenta peregrina ≂tandi, furibundum Spirituum motum cœrcendi, ſi præprimis miſceatur cum Præcipitantibus, aperitivis opiatis v. gr. cum ♁ diaph. lapid. ♋, ♀ o ⊖lato, conchis præparat: Sale volatili aperitivo (ex Spiritu ✳ci & Spiritu ⊖li enato) addito momento laudan. opiat. etiam pro re natâ guttulâ adjectâ °/o antifebrilis. Optimum eſt ſtratagema, cum ≂tantibus in febribus jungere Salia aperitiva diuretica, quo ſcoriarum ♀ earum ſuburra ≂tata eliminari poſſit. *B. meus Parens* frequenti in uſu habuit Salia antifebrilia. v. gr. arcanum duplicatum tinctum cum 🜓i nativâ vel ♁ij, item Sal exurgens ex combinatione ⁓us ✳ci & ⁓us Salis, miſtum cum 🜓i ♁ij. Hæc Salia unâ quaſi falce demetunt febres.

*Variolis, morbilis, febr. malign.* In febribus malignis, variolis, morbillis, ſi indicia adſunt convulſionum ſi vigiliæ, dolores graviores optimo conſilio tunc pulvis bezoardicus compoſitus ex ♁ diaphoret. ▽â ſigillatâ, CC. ſ. △e, rad. contrajervæ, lap. bezoar, maritari poteſt cum 🜓i ♁ij paucis granis additis magiſt. anodyni, vel cum pulvere bezoardico *Sennerti*, pannonico rubro non inconcinne 🜓is noſtra miſcetur.

*Solatur capitis affectus omnes.* In *affectibus capitis, vertigine, epilepſiâ, paralyſi, apoplexiâ, incubo* &c. inſigni encomio digna ac omnibus palmam præripiunt 🜓ina. Præmiſſis prius medicamentis ſpecificis cephalicis v. gr. Elixirio cephalico miſto cum ⁓u cephal. volatili, vel antepileptico *Hartmanni*, Mixturâ ſimpl. it. præmiſſis ordinariis evacuantibus, pulveres cephalici omne punctum

ctum abſolvunt. Egregius hinc eſt pulvis cephalicus *Ludovici v. Pharmac. p. 642. 643.* v. gr. ℞. pulveris bez. ʒj. ſuccini albi præparat. ʒß. ǂis nativ. vel ♁ij. ℈j. laudan. op. gr. 3. M. F. pulvis. Inter omnes excellit ſpecificum cephalicum *Michaelis, Mœbij*, Panacœa *Anvvaldina*. Sequens quoque laudem meretur v. gr. ℞. ǂis ♁ij, cranii human: ungul. alcis ã. ℈iß. bez. ☽aris, ſmaragdi præp. ã. ℈j. croci ℈ß. ambræ gr. 2. M. F. pulvis. Sic novi quoque feliciſſimum Practicum, qui pro ſummo arcano habet in epilepſiâ ǂin ♁ij, quæ probe clyſſo ♁ij 🜍eo imbuta eſt, ac imbibita.

In *Maniâ, melancholiâ* propinatis prius emeticis evacuantibus, ♂libus aperitivis, ac Salibus volatilibus cœphalicis, ǂina commiſta cum arcano duplicato, camphorâ, ſaccharo ♄ni pro renatâ addito laudano opiato miris encomiis ornat ac magniæſtimat *Dn. D. Ettmüllerus in Collegiis ſuis Practicis.* *In deliriis ſingularem uſum habet.*

Porro in *vigiliis, doloribus, affectibus ſpaſmodicis* omnibus, optima ſunt ǂina exaltata laudano opiato it: ≂tantibus miſta v. gr. conchis, matre perlarum, ♁ diaphor. ocul. ♋ cornu. C. C. △e.

In *affectibus* quoque *thoracicis, tuſſi, aſthmate, diſpoſitione phthiſicâ* omnem laudem ſuperant. Præmiſſis pectoralibus balſamicis 🜍ratis & myrrhatis aperientibus, ♁ialibus it. ⊖ſo balſamico Sale gaudentibus diureticis, pulveres pectorales, quos ǂina opiata ingrediuntur, omnem paginam abſolvunt v. gr. ℞. mag. ♄ni, ocul. ♋. ã. ʒß. ǂis ♁ij, flor. 🜍 ã ℈j. fl. benzoes ℈ß. laudan. op. gr. 2. oo aniſ. gt. 2. M. F. pulvis. Sequens in tuſſi humidâ *à Dn. D. Wedelio in Colleg. Timæano* commendatus eximius quoque eſt. ℞. fl. 🜍is myrrhator. ℈ij. rad. irid. florent. ari præparat. ♁ij diaphor. ã. ℈j. lap. ♋ ǂis ♁ij ã. gr. 15. mag. anodyni gr. 10. M. F. pulvis pro *6.* doſ. *In affectibus thoracicis, tuſſi, phthiſi optime ſe gerit ǂis.*

Imò ſi prius ſudorifera volatilia v. gr. Ꝛa bez. cum Salibus volat: Elixirio pectorali vel Ꝛâ anodynâ remixta morbo opponantur, pulvis ſequens antipleuriticus *Wedelianus* deſcriptus in *Opiologiâ* eſt optimus, ℞ dent. apri phil: præp. lapid. ♋. mandib. luc. piſc: ǂis n. vel ♁ij ã. ℈j. laudan. op. gr. 1. l. 2. *Pleuritidis ſpecifica medicina.*

In

*In cordis affectibus, syncope, palpitatione.*

In *Syncope, palpitatione cordis, deliquio animi* datis prius medicamentis cordialibus confortantibus, 2. antiſcorbuticis, ♂libus, pulvis abſorbens Wedelianus (quem etiam ingreditur ♃is) remixtus cum ſpecieb. cordis temperat: vel perlis, lap. bezoar, ℴ℘ cinamomi, eſt omnium laudatiſſimus. Ad confortandos quoque ♎us vitales & animales ſequens Mixtura non improficua v. gr. ℞. ▽ buglos cinamom. borrag. roſar. ā. ℥vj. ſucci Kermes ʒiiß. moſchi gr. iſſ. ♃is nat. l. ♃ij gr. 15. Zibethi laudan. op. ā gr. 1. ſyr. corallor. ʒvj. M. F. Mixtura.

*ſolatur ♃is ſingultum, vomitum, cardialgiam.*

In *Cardialgiâ, ſingultu, vomitu.* Præmiſsâ ℞â bez. vel Eſſ. carminat. nupta cum Eſſ. caſtorei, opii it. externis applicatis carminatis roborantibus nervinis, ſequens pulvis admodum proficuus exiſtit. ℞. pulveris bez ʒj. conchar. præp. ♃is ♃ij ā. ℈j. caſtorei ℈ß. laudan. op. gr. 2. ℴ℘ cinam. menthæ ā gt. 1. M. F. pulv.

*ejus uſus ſtomachicus.*

In *Anorexiâ, appetitu vitiato*, præmiſſo vomitorio, Sale volat. cinamomiſ. cum Eſſ. balſami peruviani vel ♎u ⊕i volatili cum ♎u maſtich. mixto, ♃ina cum cryſtall. ♀i, lapid. ♋. ▽â catechu, rad. aronis juncta, adjectis guttulis ℴ℘i cinamom. menthæ, macis, & pauxillo moſchi laudatiſſima ſunt,

*hypochondriacum affectum & ſcorbutum curat.*

In *Scorbuto, affectione hypochondriacâ, arthritide vagâ ſcorbuticâ, ſcabie* ♃ina egregium faciunt officium præmiſſis & interpoſitis evacuantibus, ♂libus antiſcorbuticis v. gr. Miſt. ſimpl. cum Eſſ. fumar. ℞â ♃ij, liquor. ♂li, & Eſſ. anodynâ combinatâ vel cum Eſſ. lignorum. ℞â aperitivâ *Mœbii*. Eſſ. pini cum Salibus volatilibus pulveres anodyni ♎tantes è ♃i ♃ii, croco ♂is (cũ ⊕o parat.) vel pulvere cachect. Qu. ſuccino, ♃ ♂l. cach. lap. ♋. conchis præparat, ♃ diaphor. parati, adjecto laudano opiat. vel ℴ℘ aromat: egregio cum emolumento exhiberi poſſunt. Salia quoq; aperitiva v. gr. arcanum dupatum, Sal ſuccini volatile, ♀us ⊕latus nobiliſſimarum virtutum conjugium cum ♃inis ineunt, quæ non ſatis laudandam in præfatis affectibus ferunt opem.

*in diarrhoeâ malignâ, dyſenteriâ convenit.*

In *diarrhœâ & dyſenteriâ* exhibitis prius medicamentis interne & externe carminativis, theriacalibus, abſorbentibus bezoardicis. v. gr. ℞. Eſſ. theriacal. ℈ij. balſam: peruvian. ℈j. Eſſ. anodyn

anodyn. ℈ß. M. ad dolores & inteſtinorum convulſiones tollendas, malignas acres qualitates ⚯tandas ſequentem pulverem in frequentiſſimo uſu habet *Dn. D. Cramerus*. ℞. ∇æ ſigillat. fl. ♎is ☿diaph. ā. ʒß. ♁is ⚹ij ∇æ catechu ℈j. laudan. op. gr. 2. ☍ cinamom. gt. 1. Miſce. Si malignitas ſimul adſit ſpina ſerpentina admixta conducit.

In *nephriticis doloribus*, ubi adſunt ⌒uum torturæ, vomitus, optimū conſilium practicum per ♁ina, opiata abſorbentia naturæ tumultum ſiſtere; hunc in finem laudatur pulvis nephriticus *Ludovicianus*, qui ex ocul. ♋, ♁i, & laudano opiato conflatus eſt. Inter calculum reſolventia ♁ina quoque primas tenent partes cum ſpermate ceti ⊖e volatil: Succini & aliis remixta. *Excellentiſſimus Dn. D. Wedelius* in uſu habet laudatiſſimum pulverem nephriticum ſequentem. ℞. ſpermat. ceti, lap. ♋, ā ʒß. ♁is ⚹℈j. Salis volat. ſuccin. gr. 4. laudan. op. gr. ß. trochiſc. de alkeken. cum opio ℈ß. M. F. pulv. D. in 4. doſes Hic pulvis reſolvit ♀eum coagulum, abſorbet acidos humores, doloribus ac convulſivis motibus medetur. In *aſthmate, catarrho ſuffocativo* laudem quoque meretur. Præmiſſis itaque reſolventibus in calculo, & anodynis topicis carminativis pellentia cum fructu applicari poſſunt v. gr. Ra Mœb. aperitiva cum ⌒u ſuccin. miſta, ⌒us ⊕i d. cum ⌒u Salis ✱ci combinatus & ☍ petroſelini impraegnatus, Ra alkekengi cum ⌒u nephrit. & ⌒u Salis parata, quæ egregie pellunt.

*præſentiſſimus eſt ejus uſus in calculo.*

*pulvis nephriticus Wedelianus.*

*laudatur quoq; in catarrho ſuffocat.*

In colicâ, paſſione hyſtericâ, ♁ina, anodyna & caſtorina omne abſolvunt medendi punctum. Præmiſſâ Râ bez. cum ⌒u Sal. ✱ci caſtor. vel Elix-uterino it. Eſſ. anodyn. miſtâ, pulvis ſequens *Wedelianus* omni intentioni ſatisfacit ℞. pulveris abſorb. ʒj. bez. ♃lis ♁is ⚹ij ā ℈j. caſtor. præp. ℈ß. laud. op gr. 1. M.

*Ejus uſus in colicâ, paſſione hyſter.*

In *partu difficili* ♁ina cum anodynis confortantibus pellentibus maritata multis paraſangis antecellunt omnia medicamenta. Hinc hæc mixtura admodum proficua exiſtit. ℞. ▽ cinnamom. puleg. lil. alb. ā ℥j. fell. anquill. ʒß. borracis ♁is ⚹ij ℈j. ⌒us ſecund. hum. ℈iß. ſyr. d. pœon. q. ſ. M. F. Mixtura.

*♁is partum ſecundat.*

*Ad omnem putredinem, peſtem, gangrænam, & febres mali-* gnas

*putredini, peſti, lumbricis reſiſtit.*

*gnas* arcendas it. lumbricos enecandos ſequens pulvis commendatiſſimus eſt. ℞. myrrhæ, Zedoar. cort. citri ā ʒß. 🜍is ♁ij ℈j. camph. ℈ß. 🝆 ſuccin. rutæ ā gt. 1. M. F. pulvis.

*In ſcabie, lue ♀ gonorrhæâ. dextre adhibetur.*

In *Gonorrhœâ virulentâ, Lue ♀eâ, ſcabie* ſingularem quoque promittunt energiam atque effectum 🜍ina; propinatis prius bezoardicis, ♁tis, ſuccinatis lignoſis, ac purgantibus ſequens pulvis egregius ℞. 🜍is ♁ij mag. ♄ni, ſuccin. ♁ ♂l. cach. off. ſepiæ. ā ℈j. laud. op. gr. 2. M. F. pulvis.

*Ejus uſus externus.*

Præter uſum internum, 🜍is ♁ij externe applicata egregiarum virium ſuarum radium diſpergit quoque ad intima ſanguinis, dum ſerum reſolvit, fermentales acidos putredinoſos ſapores ulcerum abſorbet, nervos ſolatur nobiliſſimaſq; exercet virtutes. Sic *Poterius cent. 2. p. 126.* 🜍im ♁ij miſcet cum aliis in Empl. quo ſtrumas exulceratas tollit. Abſceſſus quoque ſine dolore ullo ſuppurare ac rodere Empl. de cicutâ *Hildan.* miſtum cum ♁ij 🜍j, autor eſt *Bogdanus in obſerv. p. 266.*

*in reſolvendis ſtrumis. abſceſſibus aperiendis.*

In præcordialibus anxietat: Empl. de gummi ammon. cum 🜍i ♁ij unqu. alth. & balſ. peruvian. miſtum ad ſalivam promovendam egregiam locat operam. In ſcirrhoſis quoque duris tumoribus cum Empl. d. gum. ammon. remixta ad illos reſolvendos non excludenda eſt.

*ſcirrhis curandis.*

*In affectibus ſpaſmodicis.*

In ſpaſmodicis affectibus externe applicita cum aliis commendatur à *B. meo Parente in Clave p. 294.* Pt. commode miſceri cum ungv. alabaſtrin: 🝆 hyoſcyam: ♌, 🝆 macis caryophill. balſam. peruviano, Conducit quoque in capitis doloribus.

*In ulceribus malignis ♋.*

In ulceribus malignis, ♋, herpete variolis, *Excellent. Dn. D. Cramerus* illam magni æſtimat inſperſam cum ocul. ♋. mag. ♄ni, it. cum lap. conicali, balſam. peruvian. vel cum camph. ſperm. ceti. Inſervit quoque 🜍is ♁ij cum ſuccino, 🜍e, maſtiche mixta ſuffimigiis ad movendam ſalivam, in lue ♀reâ, ſcabie, ☿ialia pro ſuffimigiis ſint excluſiſſima, verum cum 🜍is tricis fixatus fumus omnem deponit noxam; hinc cum 🜍is c. pro ſuffimigatione uſurpetur, nullum dubium quin 🜍is ♁ij purior, cum meliori fructu ſubſtitui poſſit.

*Fumus ejus ſalivationem excitat in lue ♀.*

Singu-

Singularis quoque eſt ejus virtus in peſte, in omnibus incantationibus ſi appendatur. Electrum minerale immaturum *Paracelſi* quod nil aliud eſt quàm ☿is ♁ij ad incantationes ſi collo appendatur commendatur ab *Helm. de injectis material. §. 7.*

*☿is appenditur contra peſtem, omnes incantationes.*

Tandem quoque de ☿is uſu reſtant quædam ſubjungendæ cautelæ. 1. Corporibus impuris ſcorbuticis, quæ ſalia ſylveſtria ac ſcorias bilioſas poſſident, non cum optato effectu propinantur ☿ina, potius prius humores ſunt alterandi & per debita evacuatoria prius eliminandi. 2. In reſolutione ſangvinis nimiâ v. gr. in febribus quibusdam ardentibus, hecticâ, ſudoribus ſcorbuticis cum ☿inis caute mercari debemus. 3. Non ejus uſus ſit continuus, valde enim gravant ventriculum, ejusque fermentum deſtruunt. 4. Semper præſtat in formâ pillulari illa propinare (modo ſemper liceat) præprimis cum opiatis miſta, ne faucibus adhæreſcant. 5. à noxâ ☿is ♁ij uſum ſubſequente bez. ☉re cum præſentiſſimo auxilio propinatum, liberat, latet enim in ipſo magnetiſmus, quo ☿iales atomos in corpus ſparſas attrahit.

*Cautelæ in exhibendâ ☿i obſervandæ.*

SOLI DEO GLORIA.

HOFFMANNE, Aonidum decus, haud ignobile Phœbi
germen, Pœonii gloria certa fori.
Si mixtæ Superis animæ cœloque repoſtæ
gratum quid mundi poſſet in orbe fore.
Optarem, Genitor noſtras evadat ad auras
jam Tuus, atq; inter nos redivivus agat.
Laudis ut in cathedra Te cernere poſſit & artis
Hæredem cœtus inter Apollineos.
Interea, quæ non Pater, iſthæc Patria ſentit
gaudia, dum civem nomen habere videt,

Qui Patriæ magnum nunc reddit nomine & artē
Patrem, majorem forſan & arte Patre.

*Nobiliſſimo & Experientiſſimo DNO Doctori Præſidi, Commenſali & Amico honoratiſſimo æſtimatiſſimoq; cathedram ſuperiorem gratulaturus lmq; ſcribebam*

L. Valentinus Velthem/P.P.
Fac. Phil. Decanus & Academiæ
h. t. Rector.

---

*MEns hominum varia eſt, hic mellea fellea credit,*
*huic panacea cluet, quod putat ille virus.*
*Selige cinnabarin noxamq; ſubeſſe negato,*
*HOFFMANNE, expertum cum ratione doce.*
*Sic patrias renova laudes animando cathedram,*
*& templum famæ ſplendidus ingredere!*

Nobiliſſ. Dn. Doctori Hoffmanno
Præſidi ex animo applaudo,
priſcum FELICITER
acclamans

*Georg. Wolffg. Wedelius, D.*

---

DUm cultus Chymiâ ſacris incumbis Hygeiæ,
ac medicam cathedram ſcandere laude ſtudes,
Gratantur Muſæ, blandus Tibi ridet Apollo,
quod patrias laudes retrahis ex cinere.

*Hiſce clare docto Dn. Reſpondenti magni avi ac Patris æmulo ex animo gratulor*

PRÆSES.